This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

KC
15632
HN 3EZD J
Digitized by Google

~~*Ga 100.19~~ KC15632



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ARISTÆNETI
EPISTOLÆ
GRÆCÆ

CUM
VERSIONE LATINA
ET
NOTIS
JOSIÆ MERCERI,
CURANTE
JOAN. CORNELIO DE PAUW,
CUJUS NOTÆ ACCEDUNT.

TRAJECTI AD RHENUM,
Apud JACOBUM VAN LANCKOM,
MDCCXXXVI.

Digitized by Google

~~Ga 100.19~~
* KC15632

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee

Ex libris
Caroli Philippi, J. M. F.
Gesneri.

Digitized by Google

LECTORI.

ARiſtænetus, cui hæ Epiſtolæ adſcribuntur, quis fuerit, & quando præciſe vixerit, mihi incompertum eſt. Inter Libanii Epiſtolas ineditas Epiſtolæ ſunt plures, ab eo ad Ariſtænetum ſcriptæ: Illum Ariſtænetum eſſe ipſum hunc Epiſtolarum Auctorem Lucas Holſtenius credidit; ut videre eſt apud Lambecium in Bibliotheca Cæſarea Lib. 6. pag. 244. & ſeq. ubi quædam ex iſtis Libanii Epiſtolis in lucem proferuntur. Præcipuum Holſtenii argumentum in eo poſitum eſt, quod Libanius Ariſtænetum ob Epiſtolarum, quas ab eo acceperat, elegantiam laudet, & ſic

in Epiſtolis conſcribendis excelluiſſe teſtetur. Quid dicam? Dubito, & dubito ſummopere, non modo, quia omnes Epiſtolæ, quas hic habemus, ſunt commentitiæ, & non fuerunt a quoquam in vita communi ſcriptæ, ſed etiam, & quidem præcipue, quia deſcriptæ ſunt omnes verbotenus ex aliorum Commentariis, ut nihil fere, niſi connexio, ſit ab ipſo Auctore: Ea enim non quadrant certe in eum, quem nobis Libanius depingit, Ariſtænetum, Virum non modo eruditum, quem Magiſtrum ſuum appellat ipſe Rhetor, ſed etiam animi erectioris, & rebus gerendis idoneum, ideoque ad munera publica ab Imperatore admotum: Audi Libanium in Epiſtolarum una: Ἐμελλές ποτε καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς γεύεσθαι πόνων, καὶ ὡς οὐ πάσῃ μηχανῇ τὸ ἄρχειν φυγών· καὶ νῦν ζώνη, καὶ στρατεία, καὶ ὄχλος περὶ θύρας, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ φροντίδες· ἡ πολλὴ δὲ ἐκείνη ῥαστώνη καὶ τὸ ἀργεῖν ἐκκεχώρηκε. Φοβοῦμαι δὲ οὐδὲν, μὴ τῶν μεγίστων

πρω-

Digitized by Google

πρῶτον ἁψάμενος, ἰλιγγιάσῃς ἡμῖν· ἡ γὰρ δὴ φύσις ἡ σὴ καὶ μελέτης χωρὶς ἐπίσταται κατορθῶν· ὥστέ σε πιστεύω ταχέως μὲν θαυμαστὸν ἐν τοῖς παροῦσι φανεῖσθαι, ταχέως δὲ τῇ περὶ ταῦτα ἀρετῇ πρός τι λαμπρότερον ἥξειν. Et videbis, ſi ſingula rite conſideres, plane alium Ariſtænetum hiſce Epiſtolis nobis adumbrari. Credere itaque malo, eas in gratiam juniorum a Grammatico vel Sophiſta aliquo conſcriptas eſſe, ut viderent, qua ratione ex meliorum Auctorum flosculis Epiſtolæ venuſte ac eleganter compingi poſſent: Sic enim & Scriptoris & Scripti ſequimur indolem, & omnia ſunt mire conſona. Suſpicatur Mercerus, nomen inſcriptum primæ Epiſtolæ fortaſſe translatum eſſe ad ipſius Syllogæ Auctorem: Id perquam probabile etiam videtur mihi: Quare de ipſo nomine Auctoris, ne quid diſſimulem, ego ſum incertior. Illud tamen non prætereundum, τὸ Ἀρισταίνετος primæ Epiſtolæ non ſatis apte adſcribi: eum

enim ſignificat, qui optime laudatus eſt vel laudatur: id autem alienum a perſona ejus, qui Laidem deſcribit: Non enim optime laudatur, ſed optime laudat. Quare pro Ἀριϛαίνετος ibi forte ſcriptum fuit primo Ἀριϛαινέτης, quod eum opportune deſignat, qui optima optime laudat, & plane accommodatum eſt ad Epiſtolæ ὑποκείμενον: quod ipſa nomina ibi certe videntur exprimere: In aliis pleriſque id non obſervatum, ut videbis, ſi Inſcriptiones ſingulas examines Illud autem Ἀριϛαινέτης mutatum facile ab illis, qui in eo quæſiverunt nomen Auctoris: Ἀριϛαίνετοι ſcilicet noti, non Ἀριϛαινέται. Vides? Hoc Merceri ſuſpicionem etiam ſtabilire poteſt: Si enim Ariſtæneto revera adſcriptus fuiſſet Libellus, nunquam Naſutuli tetigiſſent Ἀριϛαινέτης, quod & adjunctum Φιλόκαλος, & totius Epiſtolæ ſermo plane & aperte requirit. Has Epiſtolas, cujuscunque demum ſint, comtas ſatis & elegantes,

Digitized by Google

tes, poſt Sambucum ter ab ipſo Mercero editas, ex Editione poſtrema hic tibi damus cum Notis ejus integris: Eas enim poſt Editionem primam ſemel atque iterum mutavit & correxit Vir Eruditus, multaque, quibus ne verbum proferens, ſignum modo loci depravati in Margine appinxerat, vel explicare, vel emendare tentavit poſtea: Quare ſignum illud infauſtum in hac Editione Noſtra non injuria negleximus. Unus tamen reſtat locus, cui commode potuiſſet apponi: pag. nempe hujus Editionis 40: ubi cum nulla appareat Merceri Notula, dicimus eum loco reſtituendo fuiſſe imparem: quod verbo proinde moneo, ne hæreas. Correctiones autem faciliores, quas Margini adſcripſerat Mercerus, nos ipſi Contextui ſubjecimus omnes, utut leves & exiguas, ne quicquam Viri Eruditi opellæ a nobis videretur detractum. Cum vero etiam poſt Merceri iteratam diligentiam in his Epi-

Digitized by Google

ſtolis non pauca eſſent, quæ & mihi & aliis negotium faceſſerent, Notis Mercerianis, collata ubique Sambuci Editione prima, addidi Notas meas: in quibus quid Epiſtolarum Parenti præſtitum ſit, Lector, meum non eſt dicere, ſed tuum eſt arbitrari. Atque hic te dimitterem, niſi dum calamus currit & hora una vel altera vacat, aliquid adjiciendum eſſet de Orbilio Amſtelædamenſi. Quo ingenio ſit Heros in dignoſcendo ſtyli non ejusdem Charactere; qua peritia in rebus Conſtantinopolitanis; intelligentibus verbo indicavimus in Præfatione ad Quintum Calabrum: Videamus hic, qua ſit in Literis Græcis eruditione, & quidem diſtinctius paululum, ut ipſi pueri ſciant, cui tuto ſe committere poſſint. In Cl. Wolfii Sapphicis Epigramma eſt in Sapphonem, quod ita legere & vertere placuit Orbilio:

Eis

Εἰς Σαπφὼ, παρὰ τῶν Μουσῶν κοιμωμένην.

Οὐκ ἄρα σοί γε ὀλίζον' ἐπὶ κλέος ὤπασε
 Μοῖρα
 Ἤματα, τῷ πρῶτον φῶς ἴδες ἀελίω,
Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἀμὶν ἄφθιτον
 εἶμεν,
 Σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισφά-
 ραγος.
Μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος ἀμε-
 ρίοισιν,
 Οὐ δὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά.

Ἐγερθεῖσα δὲ Σαπφὼ εἶπε τάδε·

M. . . . . μάθες, θεῖος μοι ἐνύπνιον ἦλ-
 θεν ὄνειρος.

In Sapphonem apud Muſas dormientem.

Non ſane tibi paucos in gloriam de-
 dit Parca
 Dies, quando primum jubar So-
 lis videbas,
Sappho, tibi enim gloria perennis
 in nobis ſimus,.
 Simul autem pater omnium an-

nuit elato collo:
Cantabis autem celebris omnibus diebus,
Neque inclyta fama eris deſtituta.

Experrecta autem Sappho hæc dixit.

Muſa intellexiſti, divinum mihi in ſomnis contigit ſomnium.

Artificio novo & plane admirabili, ut ex ſequentibus apparebit: In Inſcriptione, παρὰ τῶν Μουσῶν vertit *apud Muſas*: Imperite & pueriliter: Nam ſic ſcribendum fuiſſet παρὰ ταῖς Μούσαις, cum παρὰ pro *apud* jungatur Græce cum caſu tertio, non cum caſu ſecundo. Vertendum igitur *ab ore Muſarum*, *a Muſis*: quæ ſcilicet in Epigrammate dicuntur, a Muſis dicuntur dormienti Sapphoni: Sappho dormit, & dum dormit, ei Epigrammate comprehenſa dicunt Muſæ. Error eſt levis, ſed ipſa levitate ſua putidiſſimus, qui Semonem a to-

a totius Epigrammatis intellectu abduxit plane: Videbimus mox. Ημα-τα, τῷ: Hoc peſſime Solœcum eſt, & ferula dignum: perbene MS. Ηματι, τῷ: *Non ſane pauca tibi ad gloriam præbuit Parca eo die, quo primum lucem adſpexiſti*: Nihil facilius aut vulgatius. ὀλίζον εἰς κλέος· bonum quoque & tritum: Adſcripſit tamen Orbilius τῷ ἐπὶ: *Forte* ἔτι, *non aliis ſed etiam tibi.* Quo admiſſo, pro oratione Soloeca habebimus murmur inconditum, quod ego non intelligo, neque alius ullus, qui humane didicit loqui. Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν ἄφθιτον εἶμεν. Quid hoc? Neque Græca ſic ſcripta capio, neque Latina ex illis expreſſa, *Sappho, tibi enim gloria perennis in nobis ſimus.* Nutriculis, quibus ſuaviſſima illa ſcripſit; ὀλίζον ἔτι κλέος ὤπασε Μοῖρα Ηματα, τῷ πρῶτον, hæc etiam ſcripſit, credo, non abſimilia. Liber MS. unus, σοὶ γὰρ κρίσιν ἐν οὔμεν: alter, σοὶ τὴν κρίσιν ἐνῶ μὲν, ut diſcimus ex Notu-

la

la Viri Eruditiſſimi: Ex illis ego nullo negotio feci, Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ ἔνειμεν τὴν κρίσιν ἄφθιτον ἔμμεν: *Sappho, tibi enim tribuit judicium eſſe incorruptum:* κρίσις, judicium, quo ſingula æſtimamus & diſcernimus: id incorruptum & ſanum Poëtriæ: Nihil certius aut accommodatius: Hoc ſcilicet præcipuum, quo gloriam ſibi compararet Sappho in arte ſua. Si ἔμμεν pro εἶμεν ſono videatur alicui durius, legere poteſt εἶναι: utrumque e proximo petitum. ἐρισφάραγος. Corrigitur ἐρισμάραγος: Perperam, quia de nutu ſermo eſt; qui cum capite peragatur, eo ſignatior, quo collum eſt prolixius: Magno Jovi magnum caput & magnum collum: eo ſignate annuit. Emphatice Neptunus, unus ex tribus Diis Majoribus, etiam ἐρισφάραγος dicitur in Hymnis, qui Homero adſcribuntur vulgo: Plura alias. Vocem convenientiſſimam eſſe vides: id ſufficit hic. Μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος ἀμερίοισιν.

Digitized by Google

σιν. Ad hæc Criticorum Optimus Maximus: *Quid ſibi vult* μέλψαι*? an poſuit pro* μέλψα *& id pro* μέλψῃ*?* Imperativum τῦ μέλπεσθαι ignoravit ſcilicet, ideoque ad iſta bellula convolavit ſciens: εὖγε, εὖγε, ὑπέρευγε! Sed quid ἐν πάντεσσιν ἀμερίοισιν? An *in omnibus diebus*, ut Verſio Latina habet? Id non minus ſuave, quam ipſum ignoratum μέλψαι: Nam omnes, qui Linguam primis modo labris deguſtarunt, ſciunt ἡμέριους dici ἀνθρώπους. Verte igitur, *Cane inter omnes mortales celebris:* Οὐ δὲ ἔσσεαι, *Neque eris &c.:* Hæc facillima ſunt & plana.

M. . . μάθες, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. Ad hæc Corculum Eruditum, legens, ut ex Verſione Latina apparet, Μοῖσα μάθες: *Qui hanc appendicem commentus fuit, legit* Μοῖσα, *non* Μοῖρα. *MS. habet:* μάθες ὅς μοι ἐν ὕπνιον ἦλθεν ὄνειρος. *Sed verſus deſcriptus eſt ex Homeri Odyſſ.* ξ. *v.* 495. Κλῦτε φίλοι, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. Quæ omnia conturbant plane, & quia πα-

ρὰ τῶν Μουσῶν non intelligebat Orbilius, eum in toto Epigrammate nihil vidiſſe probant. Quæ in Epigrammate dicuntur, dicuntur a Muſis dormienti Poëtriæ: Μοῖρα igitur Verſu primo lectum ab omnibus, neque aliter legi potuit. Hic autem in reſponſo Poëtriæ recte ſcriptum Μοῖσα, quia indicare debebat, ſe probe intellexiſſe, quod ſibi dormienti dixerant Muſæ, vel una earum nomine omnium: Id adeo apertum, ut nihil magis: Sic autem Μοῖσα μάθες convenire poteſt nullo modo: Nam ei, qui verba fecit, regerere, verba quæ feciſti, intellexiſti, ſtultitia eſſet omnem ſtultitiam ſuperans. De ſe & intellectu ſuo igitur loqui debebat Sappho: ut fecit etiam procul dubio, antequam male morati verba corruperant. Scribendum ad normam lectionis MS, Μοῖσ' ἔμαθον δ' εὖ, ὅς μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. *Muſa intelligo probe, quod mihi in ſomnis apparuit ſomnium:* Sic ſingula ſibi conſtant. Pro

μά-

μάθον vel ἔμαθον ſcriptum erat μαθ vel ἔμαθ, occultata cauda ex more: id male explicitum a deſcriptoribus, & inde error, ad quem acceſſit trium literarum ſequentium interitus. Ipſa reſponſio haud dubie ab homine recentiori, cui de luto meliori non erant præcordia. Sic ad Epigrammatis pervenimus finem: quod nonne artificio novo & plane admirabili, ut modo dicebam, verſum & recentatum eſt ab Orbilio? Hic, hic ſcilicet ille ipſe eſt, qui Theocritum & Anthologiam Græcam nobis expoliet. Di boni, quot nova, quot inaudita non accumulabunt elaboratiſſimæ ejus Notæ! Sed Virum Eximium, antequam ad opus illud ſuum aggrediatur, obnixe rogo, non ut Anticyram naviget: Sic enim Agnes caſtiſſima illa Lycei Patrona ſaccharinis ſuis deliciis careret nimis diu: ſed ut in ipſa Urbe Patria, celeberrimo totius terrarum orbis Emporio, Helleborum optimi generis ſibi conquirat, eoque

cere-

Digitized by Google

cerebellum ſtrenue & accurate purget: dein capite ſano & bene temperato ad Linguæ tyrocinia accedat, eaque ſedulo & gnaviter addiſcat: Sic enim eveniet, ut optimi Auctores Græci ſaltem locuturi ſint Græce: Nam de judicio & ingenio ejus fruſtra hercule, ſim ſolicitus. Quid ais, Lector? Nonne cum Viro benigno benigne ago? Sed tui etiam habenda eſt ratio: Addam igitur, quod non negliges, ſpero: Si cum Orbilio aliquid tibi intercedat negotii, id caute & circumſpecte agas: Nam qualis eſt hominis eruditio, talis mihi videtur hominis fides. Scis, quam feſtive pro captu ſuo me luſit, quod MS. Philæ Vaticanum crediderim Editionem Arſenianam ætate præcedere: Ipſe tamen per Vlamingium τὸν μακαρίτην ex Italia ad me ſcripſit, literis, quas penes me habeo, & multis jam Viris Eruditis oſtendi, omnibusque & ſingulis oſtendere paratus ſum porro, in Bibliotheca Vaticana a ſe repertum Philen, exara-

Digitized by Google

ratum manu ipſo anno ſexageſimo vel circa annum ſexageſimum ſeculi quintidecimi: Quod, ut alia nunc prætercam, pulchre probat, quod dico: Niſi Grammaticorum Coryphæus literas, quibus numeri indicantur, non intellexerit Romæ, easque hic in patriam redux didicerit demum, tunc forte oblitus eorum, quæ antea per Vlamingium ad me ſcripſerat: quod certe humanius, neque improbabile propter ambiguum illud de anno ſexageſimo. Tu vide & judica, Lector: Abſit, ut quemquam per calumniam accuſare velim, nedum Orbilium, cui ob exiguas animi vires condonanda ſunt longe plurima. Vale. Dabam Trajecti d. XIV. Novemb. CIↃ IↃ CCXXXV.

Digitized by Google

DEDICATIO SAMBUCI.

GENEROSO D. PHILIPPO

SENIORI, LIBERO BARONI IN WINNEBERG, ET BEIHELSTEIN, PRÆSIDI SENATUS AULICI CÆS. MAJEST. JOAN. SAMBUCUS S.

ARiſtæneti cum alii meminerunt, tum in voce γέλα Stephanus. Sed quia plures fuiſſe video, cujus iſta ſit ἐπιςολῶν συλλογὴ, pronunciare non auſim: operam certe memoria dignam his colligendis quicunque ille navavit, quod & prudentes ſint, & argutiam cum lepore ſalibuſque congruis, & ab oratorum quoque μελέταις ἐνθυμήματα non aliena habeant. Verba pura, quædam

etiam

Digitized by Google

etiam poëtico more conjuncta, factaque varietatem cumulant, atque exornant. Taceo multa proverbiorum more adſperſa, exempla, ſimilitudines inditas commode, ut progymnaſmatis oratoriis non parum ſubſidii libellum hunc allaturum minime dubitem. Deeſt quiddam ultimæ epiſtolæ, quod quidem reſtitui ex nulla, quod ſciam, Europæ bibliotheca poterit: cujus in jacturæ deſiderio ut lector eſſet minore, ſubſtitui velut ἀντιβαλλόμενόν τι epigrammatia Græca veterum, quæ hactenus lucem non viderunt. Iſtud quidquid eſt, Generoſe Baro, tibi voveo, dicoque: non quod hujus generis tu argumentis iſta ætate, atque dignitate opus habeas: ſed quia omnis generis, & imprimis vetuſtioribus ſcriptoribus vehementer delectere. Etſi enim eo ſis loco, ea in ſpecula conſtitutus, unde conſilia aulica Cæſareæ Maje-

Digitized by Google

ſtatis tu Præſes moderari ſoleas, omneſque judicium mirentur, humanitatem amplectantur: tamen non minor ex literis commendatio tot virtutibus acceſſit, nomenque eruditio, & hiſtoriarum memoria in omnium amore, atque ore poſuit. Atque in tuis ego laudibus, Baro prolixius verſarer, qui in illis ſemper vixiſti, niſi omne illæ præconium ſuperarent, atque hoc levidenſe munus niſi indicium, & obſervantiæ ſpecimen, majorumque vigiliarum eſſe vellem. Neque enim mihi ſoli, aut tineis, aut ut per cancellos tantum ſpectentur, hujusmodi veterum theſauros moleſte ſatis, ac ſumptuoſe, ſed in omnium uſum, præſertim tui ſimilium, comparavi. Vale, meque amare pergito. Vienna III. Idus Quinctileis. M. D. LXV.

DE.

Digitized by Google

JACOBO BONGARSIO AMICISS. S.

ARISTÆNETUM mitto ad te tandem, ut liberem fidem dudum obligatam tibi, qui mihi edendi auctor præcipuus. Itaque tuum eſt tueri & ſcriptorem & editorem. Cauſſabuntur multa multi ſequius, quîs hoc unum reſpondere habeo, Si male locata opera eſt in emendando & illuſtrando amatorio centunculo, ne ipſi male locent in legendo. Pleraque hæc meditata, ſcripta mihi in mediis armis, dum Rotomagus obſidetur a Chriſtianiſſimo Principe, noſque in ejus comitatu obvii Parmenſis Ducis infeſtis copiis. Quod alii temporis poſt arma aleæ, ſomno; hoc ego dedi tum huic cu-

ræ, ne quis horas meliores melioribus ſtudiis dandas queratur. Et tamen in hoc ipſo ſcriptore multa abſtruſa antiquitati illuſtrandæ, quæ eruiſſe me non nollem aliquot feriarum horarum jactura. De omnibus judicium tuum eſto, & habeto hoc indicium leve amoris non levis. Scripſi Lutetiæ Pariſiorum, prid. Idus Novemb. M. D. LXXXXV.

PRÆFATIO MERCERI NOTIS PRÆFIXA. *

SCRIPTORIS *hujus mentio nulla in antiquitate omni quod ſciam: primus dedit ejus nomen in vulgus, & ſimul epiſtolas iſtas Sambucus anno* CIↃ IↃ LXVI. *dignas ſane quæ non peri-*

* *Hanc Præfationem in prima Editione Notis ſuis præfixit & poſtea non mutavit.*

rirent. Et ingenue ille dedit, ad fidem ſcripti libri, ne mutatis quidem quæ facile emendari poterant; quam ego eandem fidem ſecutus ſum, ut exemplar ipſum non immutatum ederem, niſi ſicubi accentuum aut adſpirationum error fuit, qui errores ab exſcriptore, non ab autographo. Quæ certa putavi, adſcripſi oræ libri, cete-terorum conjecturam, ſimul rationem eorum quæ adſcripſi, & quorundam difficiliorum illuſtrationem ſervavi his notis. Quæ non potui, ſuperſunt ſatis multa, quibus ſanandis feliciora ingenia non deerunt. Hoc unum addam, epiſtolas has terſas, elegantes: ſed fere totas ex optimorum ſcriptorum aſſutis locis conſarcinatas; cujusmodi notavi multa e Platone, Luciano, Philoſtrato, aliis; plura notaturus, niſi jam tandiu abeſſem a libris, & ſcriptorem hunc ipſum fere in mediis armis recenſuiſſem magis quam in illo literato otio. Aetatem qua vixit, non aliunde probem quam ab epiſtola XXVI. *primi libri, in qua mentio Caramalli Pantomimi, qui non longe ab ætate Sidonii Apollinaris; & utriuſque Romæ,*

quod

Digitized by Google

quod nomen ſub ævum poſteriorum Imperatorum datum Byzantio, tranſlata ſede imperii. Non eſſe eum cujus mentio in Stephano, mihi certum, ne eum quoque quem quidam docti cenſent Ariſtænetum qui collega Honorio A. in ſexto Conſulatu. Fortean nomen inſcriptum primæ epiſtolæ tranſlatum ad auctorem hujus rhapſodiæ.

ΑΡΙΣ-

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ ΦΙΛΟΚΑΛΩ.

ΑΛΙ-

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ] Duplex inſcriptio cuique Epiſtolæ; nominum una, quæ ab ipſo auctore, & habet hoc elegans, quod fere apta nomina argumento proprio; quod in quibusdam Latine adſequi promptum fuiſſet, at in ceteris non potuit commode, eoque viſum ſervare Græcam nomenclaturam. Inſcriptio altera, index & veluti argumentum ipſius Epiſtolæ, quam non credam eſſe ab auctore ipſo; concinnam tamen & fidelem ſatis, eoque retinendam. Pejore fato fuere plerique libri, vt ignaros quoſque habuerint conſarcinatores ejusmodi lemmatum, qui ſæpe inſcriptionibus falſis fucum faciunt lectori, adeo ut occupata mens & eorum fidei credula non pervideat interdum quid contra verum ſit ex ipſius auctoris verbis. Dabo exempla illuſtria duo. Suetonii caput eſt in ſceleribus Neronis, quo arſiſſe id monſtrum refert etiam matris cupidine. Inſcripſere vulgo, *Matris nefarius concubitus*, inſinuavitque ſe ex eo lemmate opinio inveterata ſæculis multis, initam matrem ab hoc monſtro: quod nullus antiquorum adſerit, & ſtetiſſe hac ſini deſiderium volunt, ut uterque voluerit, neuter auſus ſit. Suetonium ipſum lege, nihil ejuſmodi. hoc tantum, ita exarſiſſe nefandam hominis libidinem, ut in lectica vectus cum matre, imaginaretur ſibi concubitum, & traderet inceſtis ma-

ARISTÆNETI EPISTOLARUM

LIBER PRIMUS.

ARISTÆNETUS PHILOCALO. I.

manibus ſceleratas libidines. Hoc enim vult quum ait, *libidinatum inceſte, maculiſque veſtis preditum.* Alterum exemplum e noſtro Froiſſardo eſt, cujus caput ſeptimum libri quarti de Betiſacho Ioannis Bituricenſis ducis quæſtore. Videas lemma, credas quæſitam ejus neci cauſſam ex confeſſione hæreſeos & Sodomiticæ libidinis: ita enim ſcribunt. At in capite ipſo attendas curatius, nihil fatetur niſi hæreſim; Bulgaris ſe eadem ſentire, nec certum eſſe de incarnatione, de reſurrectione, & cæteris quæ tum Eccleſiæ credita. Error ex eo, quod Bulgarum ſe fatetur, quo tum homine hæretici omnes vocati propter Bulgarorum a Pontifice Romano diſceſſionem. At iſti credidere accipiendum eo modo, quo vulgo ſumimus, quum Italicam vocem *bugerronis* interpretamur. Delenda ergo ejuſmodi lemmata, & in Froiſſardo notanda fraus conſiliariorum Caroli VI. qui quum Betiſachum propter objecta crimina damnare non poſſent, quia dux Bituricenſis eorum auctor fiebat, perſuaſerunt ſceleſto homini, ut fateretur hæreſim, credulus remiſſam iri litem ad Pontificem Romanum. Prorſus eadem malitia, qua uſus Rex Chilpericus convincendo Prætextato Epiſcopo Rotomagenſi, apud Gregorium Turonicum v. XVIII.

Digitized by Google

ΛΑΪΔΑ τὴν ἐμὴν ἐρωμένην εὖ μὲν ἐδημιούργησεν ἡ φύσις· κάλλιστα δὲ πάντων ἐκόσμησεν Ἀφροδίτη, καὶ τῶν Χαρίτων συνηρίθμησε τῷ χορῷ. ὁ δὲ χρυσοῦς Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς. ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα, ὦ γυναικῶν εὔκλεια, καὶ διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών. ἐκείνη γὰρ, ἵνα κάλλος ἀφροδίσιον εἰς δύναμιν διαγράψω τοῖς λόγοις, λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαὶ, καὶ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμιμοῦνται τῶν ῥόδων· χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διηρημένα, καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα· ὀφρύς τε μέλαιναι, τὸ μέλαν ἄκρατον· τὸ δὲ μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει· ῥὶς εὐθεῖα καὶ παρισουμένη τῇ λεπτότητι τῶν χειλῶν· ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς, καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες· τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν, αἱ κόραι μελάνταται· καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἴγλην λευκόταται· καὶ ἑκάτερον ὑπερβολῇ πρὸς τὸ

ἕτερον

XVIII. Meliore fide Domitianus in Secundi epiſtolis. MERCERUS.

Εὖ μὲν ἐδημιούργησεν] Prorſus vt in epiſt. 15. φύσει τε καλὴ, καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἐπιστημονέστερον κοσμηθεῖσα. MERC.

διῃρημένα] διῃρμένα MERC. Ita Mercerus, quia διᾶραι στόμα dicere amant Græci: Alias διῃρημένα vi ſua non peccat. PAUW.

τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν] Lucianus ἐν εἰκόσι. καὶ τὸ ἑκάστῳ πρέπον, ὡς μέλαινα μὲν εἶναι ἀκριβῶς, ὁπόσα μέλαινα· λευκὰ δὲ, ὅσα τοιαῦτα χρὴ, καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν. MERC.

αἴγλην λευκόταται] Nemo eſt, qui non videat corruptum locum, & ſtatim judicet reſcribendum, λευκότατον. Sed aliud

Digitized by Google

AMICAM meam Laïdem bene creavit natura; ſed optime omnium ornavit Venus, & accenſuit Gratiarum choro. At Cupido aureus amatam edocuit jaculari telis oculorum felicibus. O naturæ eximium operæ pretium: ô mulierum decus: ô vivam per omnia Veneris imaginem! Nam illi, vt Veneriam formam, quantum pote, verbis depingam, mixtæ candore ac tenui rubore genæ nativum roſarum ſplendorem referunt: ſubtiles labiæ, tenuique interſtitio diſtinctæ, & rubicundiores genis: ſupercilia nigra puriſſima nigredine, diſparataque inter ſe æquabili meditullio: naſus rectus & adæquatus tenuitati labiorum: oculi magni, lucidi, puro ſplendentes lumine: quod in iis nigrum, pupulæ nigerrimæ; quod circum album, orbes candidiſſimi, alterumque comparatione alterius elucet, & diſparia valde gratiam ſu-

aliud latet, ſcribendúmque αἱ γλῆναι λευκόταται. Nam vt ſupra dixit, τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν, αἱ κόραι μελάνταται, ita nunc prorſus ſimili conſtructione, τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἱ γλῆναι λευκόταται. Γλήνη pars oculi, quam plerique eandem volunt cum pupilla, quæ eſt κόρη. Pollux, τὴν τῆς κόρης αὐγήν. Noſter, vt vides, τὸ κύκλῳ λευκόν. Poëtæ ſæpe pro toto oculo. Non dubito quin hæc emendatio doctis omnibus videatur certiſſima. MERC. Inepta lectio: Mercerus, αἱ γλῆναι λευκόταται: quod longe adhuc ineptius: Nam γλήνη, ἡ κόρη ὀφθαλμοῦ: præceſſit autem αἱ κόραι μελάνταται, & ipſæ γλῆναι non poſſunt eſſe candidæ: Res eſt perſpicua. Dein τὸ λευ-

κὸν

Digitized by Google

ἕτερον ἐπιδείκνυται· καὶ τὸ λίαν ἀνόμοιον, εὐδοκιμεῖ παρακείμενον· ἔνθα δὴ τὰς Χάριτας ἐγκαθιδρυμένας πάρεστι προσκυνεῖν. ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἑνελισμένη, ὑακίνθῳ ἄνθει καθ᾽ Ὅμηρον ἐμφερής· καὶ ταύτην αἱ χεῖρες τημελοῦσι τῆς Ἀφροδίτης· τράχηλος λευκός τε καὶ σύμμετρος τῷ προσώπῳ· κἂν ἀκόσμητος ᾖ, δι᾽ ἁβρότητα τεθάρρηκεν ἑαυτῷ· περίκειται μέντοι λιθοκόλλητον περιδέῤῥαιον, ἐν ᾧ τοὔνομα γέγραπται τῆς καλῆς· γράμματα δ᾽ ἐστὶ τῶν λιθιδίων ἡ θέσις. ἔστι δὲ εὐμήκης ἡλικίᾳ· σχῆμα καλόν τε καὶ περίμετρον, καὶ τῷ τύπῳ συνδιαλιθέμενον τῶν μελῶν· ἐνδεδυμένη μὲν, εὐπροσωποτάτη· ἐκδῦσα δὲ, ὅλη πρόσωπον φαίνεται. βάδισμα τεταγμένον, βραχὺ δὲ, ὥσπερ κυπάριττος ἢ φοίνιξ, σειόμενον ἡσυχῇ· ἐπεὶ φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον· ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν, οἷα φυτὰ, κινεῖ ζεφύρου πνοή· αὐτὴν δέ πως ὑποσαλεύουσι τῶν ἐρώτων αἱ αὖραι. ταύτην ἑαυτοῖς ὡς οἷόν τε ἦν, οἱ κορυφαῖοι γεγράφασι τῶν ζωγράφων· ἡνίκα οὖν δέοι γράφειν Ἑλένην ἢ Χάριτας, ἢ καὶ αὐτήν γε τὴν ἄρχουσαν τῶν Χαρίτων, οἷον εἰς ὑπερφυὲς παράδειγμα κάλλους ἀφορῶντες

κὸν hic non habemus ſimpliciter, ſed τὸ κύκλῳ λευκὸν diſtincte: Quod pupillam cum iride cingit, oculi album eſt, & τὸ κύκλῳ λευκὸν recte dicitur: hanc partem hic habemus, & adjuncta deſcribere debent: Legendum ſine dubio, καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἴγλη λευκότατη, *& circum album, ſplendor candidiſſimus*: non candor eſt ἁπλῶς, ſed candor ſplendens; candor plenus & ſatur, qui eo ipſo ſplendorem ex ſe emittit: Nihil

Digitized by Google

mant ab ipſa vicinia. Gratias ibi inſidentes adorare promptum. At coma nativa criſpitudine ſimilis, vt Homerus ait, hyacinthino flori: & hanc manus Veneris diſcriminavêre: cervix alba, & faciei æquabilis, &, inornata licet, ſatis teneris ſuis deliciis ferox: ſed eam monile è gemmis cingit, inſcriptum formoſæ nomen ferens; cui gemmarum ordo pro literis. Statura procera; veſtis elegans, convenienſque & membrorum adæquata compagini: veſtem induitur, formoſa; exuitur, tota forma eſt. Inceſſus compoſitus, ſed brevis, cupreſſi aut palmæ in modum agitatæ modico flamine: nam naturâ forma ſuperbior eſſe amat. Sed illas, plantas quippe, aura Zephyri motat; hanc leves quodammodo ſublevant auræ Cupidinum. pinxere ipſam ſibi quam potuere optime pictorum eximii: tum, ſi quando ipſis Helena, Gratiæve, aut ipſa Gratiarum præſes effingenda, velut ad eximium pulchritudinis exemplar reſ-

hil emaculatius. Pauw.

ὑακινθίῳ ἄνθει] ὑακινθίνῳ: Locus eſt Odyſſ. Z & Ψ.

Οὔλας ἧγε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας. Mer.

βάδισμα τεταγμένον, βραχὺ δὲ, ὥσπερ κυπάριττος &c.] Græca niterent magis, ſi legeretur, βάδισμα τεταγμένον, βραχὺ δὲ, χ' ὥσπερ κυπάριττος &c. Pauw.

οἷον εἰς ὑπερφυὲς] Baſilius. ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνα γράφωσι, πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτῶν σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα. Merc.

ὥσπερ

τες, ἀνασκοποῦσι τὴν εἰκόνα Λαΐδος, κἀντεῦθεν ἀποτυποῦνται θεοπρεπῶς τὸ φιλοτεχνούμενον εἶδος. μικροῦ με παρῆλθεν εἰπεῖν, ὡς κυδωνιῶντες οἱ μαστοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως· οὕτω μέντοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιτυπουμένῳ δοκεῖν. τοιγαροῦν ταῦτα μικροῦ γε ὁμοίως δι' ἁπαλότητα συναπομαλάττεται τῇ σαρκί, καὶ ταῖς ἐρωτικαῖς ἀγκάλαις ὑπείκει. ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες· ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρος. τῶν Χαρίτων πάν-

οὕτω μέν τοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ &c.] Locus paulò intricatior: Interpres dixit, quod voluit, & tamen balbutiit miſere. Quid tibi videtur de membris, quæ preſſius adtrectata haberi poſſunt pro lentis & ductilibus oſſibus? Noſtine ea? Eane conveniunt formæ? Dein, an oſſa ſunt, quæ una cum carne impreſſos digitos recipiunt, & ulnis amatorum cedunt. Fateor, hæc plane inaudita mihi, credo & tibi, & omnibus aliis, qui nugas non amant vere nugas. Aliud dicitur haud dubie: Vertas, *Ita vero concinna & delicata ſunt Laïdis membra, ut aquæ inſtar flecti videantur ejus oſſa una cum amictu: quare ea, ſcilicet membra, ſimiliter fere propter teneritudinem: molleſcunt etiam carni, & amatoriis ulnis cedunt.* Sic ſententia perſpicua eſt & bona: τὸ περιτυπούμενον eſt veſtis, quæ membris adhæret, & membrorum formam accurate exprimit: habuimus antea, σχῆμα καλόν τε καὶ περίμετρον, καὶ τῷ τύπῳ συνδιατιθέμενον τῶν μελῶν: & proxime, κυδωνιῶντες οἱ μαστοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως: eo pertinet vox: cum veſte molli flectuntur una in modum aquæ mollia membrorum oſſa. μικροῦ γε

Digitized by Google

reſpiciunt ad imaginem Laïdis, atque inde formam, quam accurate fingendam ſibi propoſuere, divine exprimunt. Pæne excidit referre quanto luctamine ſtrophium impellant ſororiantes papillæ. Cæterum tam delicata Laïdi membra, vt preſſius adtrectans dicas lenta & ductilia oſſa. Nam ea fere vna cum carne impreſſos digitos recipiunt tenerrima, ceduntque amplexis amatorum ulnis. At quum loquitur, quantæ, ô dii, ſermonis ejus dulcedines, quam facunda lingua.

χε ὁμοίως ad ὑγροφυῶς referendum eſt, & commode temperat: Nam caro flaccida & πλαδαρὴ nunquam fuit in pretio. συναπομαλάττεται τῇ σαρκὶ, *molleſcunt etiam & mollia ſe præbent carni*, id eſt, corpori ſeſe applicanti: Cum ad hunc locum primum accederem, legebam συναπομαλάττεται τῇ χειρὶ: ſed ſententiam mutavi: quanquam χειρὶ revera eſt paulo apertius. Erunt, qui τῇ σαρκὶ de ipſa membrorum carne accipient, ut *eam* diſerte habeamus hic, quemadmodum *oſſa* in vicinis: Sed propter adjuncta id minus arridet mihi. Pauw.

ὡς ὑγροφυῶς] Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων.

Sigilla in mento impreſſa amoris digitulo,
Veſtigio demonſtrant mollitudinem.

Sed hanc mulierum ὑγρότητα non probat ille apud Achillem Tatium παιδεραςὴς, lib. II. καὶ οὐ μαλθάσσει τὰς ἐν Ἀφροδίτῃ περιπλοκὰς ὑγρότητι σαρκῶν, ἀλλ' ἀντιτυπεῖ πρὸς ἄλληλα τὰ σώματα, καὶ περὶ τῆς ἡδονῆς ἀθλεῖ. Merc.

ἡνίκα δὲ φθέγγεται] In Alciphronis ἐρωτικαῖς. ἀρτίως μοι οἷον ἐφθέγγετο, οἷον ἐπόλισπεν. ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς σειρῆνες ἐνίδρυνται. Merc.

Digitized by Google

πάντων ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν· οὕτως οὖν τὴν ἐμὴν ὡραϊζομένην καὶ τρυφῶσαν ὑπὸ πλούτου τῆς εὐπρεπείας, οὐδ᾽ ἂν ὁ μῶμος ἐν ἐλαχίστῳ μιμήσαιτο· ἀλλὰ πόθεν ἄρα με τοιαύτης ἠξίωσεν Ἀφροδίτη; περὶ κάλλους οὐκ ἠγωνίσατο παρ᾽ ἐμοί· Ἥρας, Ἀθηνᾶς οὐκ ἔκρινα τὴν θεὸν εὐπρεπεστέραν ὑπάρχειν· ψῆφον αὐτῇ δίκης οὐκ ἀπέδωκα μῆλον. καὶ ἁπλῶς μοι ταύτην πεφιλοτίμηται τὴν Ἑλένην. ὦ πότνια Ἀφροδίτη, τί σοι τῆς Λαΐδος ἕνεκα θύσω; ἣν οἱ προσβλέποντες ἀποτεροπιάζουσιν ὧδε σὺν θαύμασι προσευχόμενοι τοῖς θεοῖς· ἀπίτω φθόνος τοῦ κάλλους· ἀπίτω βασκανία τῆς χάριτος. τοσοῦτον αὐτῇ περ ἐστὶν εὐπρέπεια, ὡς τῶν προσιόντων ἀγλαΐζειν τὰς κόρας τὴν Λαΐδα· καὶ γέροντες οὐ μάλα πρεσβῦται θαυμάζουσιν, ὡς οἱ παρ᾽ Ὁμήρου δημογέροντες τὴν Ἑλένην· καὶ εἴθε, φασίν, ἡ ταύτην εὐτυχή-

τῶν Χαρίτων πάντων ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν] Lege πασῶν: Berglerus ad Alciphronem p.180. ſcribit, τῶν Χαρίτων πάντα ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο; quia de formoſa dicitur ibi, ἐπ᾽ ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ· ἅπαντα ἐκείνη γε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, ὅλαις ταῖς Χάρισι τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη: Sed ei aſſentiatur nemo: Longe enim diverſiſſima eſt loci utriuſque indoles: Cæcutientes vident. Pauw.

μιμήσαιτο] lege μωμήσαιτο. vt in Epiſt. XII. Merc.

ἀπίτω φθόνος] Plena exemplorum omnia avertentium invidiam ac faſcinum, ubi quid magnum, præcipue ubi elata verbis ac laudibus humanitas; quod nunquam veteres niſi invocata pace Adraſteæ; & ſi præteriretur, ulciſci eam credidere. Notus eſt inſignis locus in Rheſo Euripidis,

Ἀδρά-

Gratiarum omnium zonam præcincta Laïs dulciſſime pellacem riſum fundit. Ad hunc modum florentem opibuſque formæ ſuperbam meam ne minimum quidem mordere habet Momus. Sed quî me tali amica dignata eſt Venus? non certavit de forma me judice: non eam Iunoni ac Minervæ cenſui præcellere: non addixi malum litis calculum. Et ecce ultro largitur mihi hanc Helenam. O veneranda Venus, quæ tibi ſacra faciam pro Laïde? quam mirati quicunque videre, deprecantur his verbis deos; abſit invidia formæ; faceſſat gratiis faſcinum. Tanta eſt elegantia Laïdis, vt accedentium pupulas faciat clariores. Quin & eam decrepiti ſenes mirantur, ſicuti Helenam Homerici de populo ſenes; & ô utinam, inquiunt, aut hanc in ætate habuiſſemus,

Ἀδράστεια καὶ Διὸς
Εἴργοις στομάτων φθόνον.
Et in eadem fabula, *- σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω.* pro quo dicebant etiam, *ὡς σὺν θεῷ εἰπεῖν*, quod in Platone verterunt male. Nam Nemeſis & Adraſtea nihil aliud quam Deus ultor ſuperborum, & expreſſit recte quicumque ille auctor Panegyrici ad Piſones,
Si tamen hoc de ſe cuiquam promittere fas eſt,
Et Deus ultor abeſt.
id eſt, Nemeſis. Mutavere qui non intelligebant. Notum *præfiſcini* veterum ex eodem more, & quæ ad Virgilii octavam Eclogam obſervata alia. Merc.

τοσοῦτον αὐτῇ περ ἐστὶν εὐπρέπεια] αὐτῇ πάρεστιν εὐπρεπείας. Merc.

παρ' Ὁμήρου] παρ' Ὁμήρῳ. Merc.

οὐ

Digitized by Google

τυχήσαιμεν ἡβῶντες, ἢ νῦν ἠρξάμεθα τῆς ἡλικίας. οὐ νέμεσις τὸ γύναιον εἶναι διὰ στόματος τῇ Ελλάδι· ἔνθα κωφοὶ διανεύουσιν ἀλλήλοις τῆς Λαΐδος τὸ κάλλος. οὐκ ἔχω ὅτι λέγω, οὐδὲ ὅπως παύσωμαι· λήξω δὲ ὅμως, ἓν μέγιστον ἐπευχόμενος τοῖς γραφεῖσι, τῆς Λαΐδος τὴν χάριν, ἧς δι' ἔρωτα πολὺν, οἶδα καὶ νῦν τὸ προσφιλὲς ὄνομα πολλάκις εἰπών.

ΠΑΡΘΕΝΟΙ ΝΕΑΝΙΣΚΩ ἐφαμίλλῳ ποθοῦσαι.

ΕΣπέρᾳ τῇ προτεραίᾳ μελῳδοῦντι μοι κατά τινα στενωπὸν, δύο κόραι προσῆλθον ἀναβλέπουσαι χάριν ἔρωτος μειδιῶσαι καὶ μόναι γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων· κἀμὲ δὴ ἐρώτων αἱ μείρακες ἁμιλλώμεναι πρὸς ἀλλήλας ἀδόλως, καὶ ἦθος οὐ πεπλασμένον ἐμφαίνουσαι· ἐπειδὴ μέλη προσᾴδων καλὰ, τὰ δεινὰ τῶν Ερώ-

οὐ νέμεσις] Ex illis Homeri:

Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν,
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν. MERC.

Νεανίσκῳ ἐφαμίλλῳ] Lege. Νεανίσκον ἐφαμίλλως ποθοῦσαι. MERC.

ἀναβλέπουσαι χάριν &c.] Non me extrico, niſi legas, χαριέντως μειδιῶσαι: aut ἀναβλέπουσαι χάριν, ἔρωτας μειδιῶσαι, quaſi ſit, gratioſe reſpicientes, amanter ridentes. Quod tamen ſine exemplo, nec placet. Mox legendum, μόνῳ γε τῷ ἀριθμῷ. MERC.

Hæc

mus, aut rediret nobis melior ætas. Non indignum eſſe in ore toti Græciæ mulierem; quum & muti nutu monſtrent invicem formam Laïdis. Non eſt quod dicam, neque eſt qui deſinam: deſinam tamen, unum hoc maximum optans, adeſſe his ſcriptis gratiam Laïdis, cujus præ amore magno iteravi nunc cupitum nomen ſæpius.

VIRGINES DVAE ADOleſcentem vnum certatim amantes. II.

CANTANTEM me in angiportu ſuperiori veſpera duæ virgines acceſſere amatorie reſpicientes, ridenteſque & ſolo numero cedentes Gratiis: meque rogaverunt certantes inter ſe ſerio, nec compoſito vultu ad fallaciam; Quando tu bellas cantiones occentans gravibus nos fixiſti ſagittis Cupidinum, ecfare, teſta-

Hæc nihili ſunt, & Mercerus infeliciter tentat: Legendum ſuſpicor, δύο κόραι προσῆλθον ἀναβλύουσαι χάριν ἔρωτος μειδιῶσαι, καὶ μόνῳ γε τῷ &c. *duæ puellæ accedebant copioſe emittentes amoris gratiam riſu, & ſolo* &c. μειδιῶσαι arcte cohæret cum ἀναβλύουσαι ἔρωτος χάριν: ridentes, oculis hilaris ex pectore tanquam ex fonte, Amoris gratias large emittebant: Sic verba numeros habent, & nihil ineptum aut marcidum adeſt. PAUW.

τίνος

Digitized by Google

Ερώτων ὑμῖν ἐμβέβληκας βέλη, λέγει πρὸς τῆς σῆς εὐμουσίας, ἧς ἐρωτικοῖς πρὸς τοῖς ὠσὶ καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπέπληκας ἑκατέρας ἀμφοτέρων ἡμῶν, τίνος ἕνεκε μελῳδεῖς; ἑκατέρα γὰρ ἑαυτὴν ἐρᾶσθαι φησί· καὶ ζηλοτυποῦμεν ἤδη, καὶ διὰ τὸ φιλονείκως καὶ μέχρι τριχῶν συμπλεκόμεθα πολλάκις ἀλλήλαις. ἀμφότεραι μὲν ὁμοίως, εἶπον, καλαί· πλὴν οὐδετέραν ποθῶ. ἄπιτε οὖν, ὦ νεανίδες· ἀπόθεσθε τὴν ἔριν, παύσασθε ζυγομαχίας. ἄλλης ἐρῶ, πρὸς αὐτὴν βαδιοῦμαι. κόρη, φασὶν, ἐκ γειτόνων οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα καλή. καὶ φῂς ἄλλης ἐρᾷν; ψευδῆ προφανῶς. ὅμοι ὡς ἡμῶν οὐδετέραν ποθεῖς. προσεγέλασα τηνικαῦτα βοῶν· ὡς εἰ μὴ θέλω, πρὸς ἀνάγκης ἐπάγετέ μοι τὸν ὅρκον. μόλις, ἔφησαν, κατέβημεν καιρὸν εὔκαιρον εὑροῦσαι, λαβοῦσαι, καὶ παρίσασαι διαπαίζων ἡμᾶς; οὐκ ἀφετέος εἶ, οὐδὲ καταβάλῃς ἡμᾶς ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης· καὶ ἅμα λέγουσαι προσεῖλκον. ἐγὼ δέ πως ἡδέως ἠναγκαζόμην. μέχρι μὲν οὖν δεῦρο τοῦ λόγου, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὄντινα οὖν· τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ἐν κεφαλαίῳ τοσοῦτον λεκτέον· ὡς οὐδεμίαν λελύπηκα, θάλαμον αὐτοσχέδιον εὑρὼν ἀρκοῦντα τῇ χρείᾳ.

τίνος ἕνεκε] ἕνεκα. Merc.

ὅμοι ὡς ὑμῶν] Lege, ὄμνυ ὡς ἡμῶν οὐδετέραν ποθεῖς. Sequentia id arguunt. Merc.

εὑροῦσαι, λαβοῦσαι] Duo participia ad unum verbum, ut paulo ante ἀναβλέπουσαι, μειδιῶσαι: Hoc durius & aſperius tamen hic: Mallem, verba ita ordinaſſet Auctor, μόλις, ἔφησαν, καιρὸν εὔκαιρον εὑροῦσαι κατέβημεν λαβοῦσαι: Periti vident & ſentiunt. Pauw.

ΓΗΡΑ

teſtamur tuam dulciſonam concordiam, quæ noſtram utriuſque animam ſimul cum auribus amore perfudit, cujuſnam gratia modularis? nam utraque amari ſe dicit; & jam æmulo livore accendimur, ſæpiuſque propter te uſque ad comarum laniatus proceſſere noſtra certamina. Certe ambæ æque formoſæ eſtis, inquam; ceterum neutram ego amo: faceſſite ergo hinc juvenculæ; ponite iras, pauſamque facite certaminis. Aliam amo, ad eam viſo. Non eſt, ajunt, pulchra virgo huic viciniæ; & aliam amare te dicis? manifeſti teneris mendacii. Jura te neutram è nobis deligere. Adriſi tum exclamans: ſcilicet vos invitum jurejurando eſtis adacturæ. Vix, inquiunt, occaſionem commodam nactæ deſcendimus, ac te prehendimus, & tu nos præſens præſentes habebis ludibrio? non te amittimus; neque nos tanta ſpe fruſtraberis. Simul dicto trahebant; at ego patiebar quodammodo vim dulciſſimam. Et huc uſque dixi ſatis, quodque fas audire cuivis. Quod ſupereſt, dicam compendio, neutram ego offendi, tumultuarium ſtratum nactus, ac ſufficiens præſenti negotio.

μέχρι μὲν οὖν δεῦρο] Ad verbum ex Platonis Symposio. Merc.

θάλαμον αὐτοσχέδιον] Achilles Tatius lib. 5. *καὶ ἐγένετο ὅσα ὁ ἔρως ἤθελεν, οὔτε στρωμνῆς ἡμῶν δεηθέντων, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν εἰς παρασκευὴν ἀφροδισίων. αὐτουργὸς γὰρ ὁ ἔρως καὶ αὐτοσχέδιος σοφιστὴς, καὶ πάντα τόπον αὐτῷ τιθέμενος μυστήριον. τὸ δὲ ἀπερίεργον ἥδιον μᾶλλον τοῦ πολυπράγμονος. αὐτοφυῆ γὰρ ἔχει τὴν ἡδονήν.* Merc.

Mere-

ΓΗΡΑ ΚΑΙ ΝΕΟΣ ΥΠΟ δένδρῳ συνευωχηθήτην ἀλλήλοις.

ΦΙΛΟΠΛΑΤΑΝΟΣ ΑΝΘΟΚΟΜΗι.

ΤΗι Λειμώνῃ χαριέντως ἐν ἐρωτικῷ συνεςίαμεν παραδείσῳ, καὶ μάλα πρέποντι τῷ κάλλει τῆς ἐρωμένης. ἔνθα πλάτανος μὲν ἀμφιλαφής τε καὶ

Γήρα καὶ νέος] Scribe, ἑταίρα καὶ νέος. Item, ἀλλήλοις. Merc. Pro Γήρα Mercerus Εταίρα: Satis arbitrarie: Si recte conjecerit, aut Epigraphes Auctor erravit; aut vertendum eſt *Amica*: Nam quæ in ipſa Epiſtola dicuntur, *Meretrici* certe non conveniunt. Pauw.

Ανθοκόμῃ] Viri nomen eſt, non mulieris. Indicant quæ in fine; factum vt ἀβροκόμης, χρυσοκόμης, ἀκερσεκόμης. Merc.

τῇ Λειμώνῃ] Multa in hac Epiſtola ex eleganti illo Platonis Phædro, è quo & Cicero quædam initio primi & ſecundi de Legibus, & Lucianus ἐν εἰκόσι, & Apulejus illa in libro de Deo Socratis, quæ inemendata reliquere poſtremi editores. ego adſcribam ut legenda. *Ita eſt enim apud Platonem, ne quiſquam arbitretur omina eum vulgo loquentium captaſſe. Quippe etiam ſemotis arbitris vna cum Phædro extra pomœrium ſub quodam arboris opaco umbraculo ſignum illud adnuntium ſenſit; ne prius tranſcenderet Iliſſi modicum fluentum, quam increpitu indignatum amorem recinendo placaſſet; quum præterea ſi omina obſervitaret, aliquando eorum nonnulla etiam hortamenta haberet, ut vidimus plerìſque uſuvenire, qui nimia ominum ſuperſtitione non ſuopte corde, ſed alterius verbo reguntur. Recinendo*, τῇ παλινῳδίᾳ, quod

MERETRIX ET ADOLESCENS SUB arbore fruuntur mutuis deliciis. III.

PHILOPLATANUS ANTHOCOMÆ.

JUcundè unà fuimus cum Limóna ámatorio in horto, qui formæ ámatæ conveniens quàm maxime. Nam ibi platanus denſa ramis,

B opa-

quòd *recántare* Horatius. *Omnia* pro *omina* tandiu hic hæſiſſe non magis mirum, quam in loco Gellii I. XXII. *Cávenda igitur eſt non improprietàs ſola verbi, ſed etiam pravitas ominis, ſi quis ſe nunc ſenior advocatus adoleſcenti ſupereſſe dicat*. Ubi etiam poſtremæ editiones, *pravitas omnis*. Et in illo Apuleji Mileſia I. *Vix effatum me ſtatim familiares omen nefarium exſecrati, raptis cujuſquemodi telis inſequuntur*. Ubi vulgo *omnes exſecrati*; nullo ſenſu. De quo nos ad Apulejum latius. Scripſeram hæc, quum prodiit eruditiſſimi Caſauboni Apologia, & in ea emendatus ille prior Apuleji locus, in quo iviſſe in eadem omnia virum emendatiſſimi judicii ſane gaudeo. MERC.

ἔνθα πλάτανος] in Platone: *ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον. τί μήν. ἐκεῖ σκιά τ' ἐστι, καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ πόα καθίζεσθαι, ἢ ἐὰν βουλώμεθα κατακλιθῆναι.* Et poſtea: *ἥτε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλὴ, τοῦτε ἄγνου τὸ ὕψος, καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον, καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον.* Omittit tamen noſter illa quæ elegantiſſima in Platone, de acclivi leviter loco, ut accubantibus cervicalis loco eſſet: *πάντων δὲ κομψότατον τὸ τῆς πόας, ὅτι ἐν ἠρέμα προσάντει ἱκανὴ πέφυκε κατακλι-*

Digitized by Google

καὶ σύσκιος, πνεῦμα δὲ μέτριον, καὶ πόα μαλθακὴ, ὥρᾳ θέρους ἐπανθεῖν εἰωθυῖα. ἐπὶ τὸ πεδίον καθεκλίθημεν· οἷ τῶν πολυτελεστάτων δαπέδων δενδρῖται πολλὰ τῆς ὀπώρας πλησίον, ὄχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μήλεαι ἀγλαόκαρποι. φαίη τις ἂν καθομηρίζων, τῶν ὀπωρινῶν αὐτόθι νυμφῶν τὸ χωρίον. ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον· εὐανθῆ μὲν τοὺς ὅρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπόν· ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν ἐράσμιον τόπον. καὶ τούτων ἐκδρεψάμενος φύλλον, ὑπεμάλαττον τοῖς δακτύλοις· εἶτα τῇ ῥινὶ προσάγων, γλυκυτέρας ἐπὶ πλεῖστον εἰσέπνεον εὐοσμίας. ἄμπελοι δὲ παμμήκεις σφόδρα γε ὑψηλαὶ περιελίττονται κυπαρίττους· ὡς ἀνακλᾷν ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ τὸν αὐχένα πρὸς θέαν τῶν κύκλῳ συναιωρουμένων βοτρύων· ὧν οἱ μὲν ὀργῶσιν· οἱ δὲ περκάζουσιν·

τακλινέντι τὴν κεφαλὴν πακάλως ἔχειν. Quæ tamen omnia in Platonis Phædro tanquam juveniliter laſcivientis ſtili indicia notaverant Philoſophi veteres. Vide Plutarchum ἐν ἐρωτικ. & huic epiſtolæ illuſtrandæ vide perfectiſſimam delicatiſſimi orti deſcriptionem in Torquati Taſſi lib. XVI. operis emendatiſſimi. Merc.

οἷ τῶν πολυτελεστάτων] Malo, οἷ τὸ πολυτελέστατον δάπεδον, δένδρη τε πολλὰ τῆς ὀπώρας πλησίον. Adſedimus, qua ditiſſimus campus, & plurimæ circum arbores. δενδρῖται corrupte pro δένδρη τε, ex dictantis homophonia, unde errores innumeri in Græcis libris. Polluci, ὥσπερ κελεύεις, pro ὥσπερ καὶ λέξεις. Locus Homeri eſt Odyſſ. η. Merc. Hæc ſine dubio corrupta ſunt: Mercerus non male, οἷ τὸ πολυτελέστατον δάπεδον, δεν-

Digitized by Google

opaca umbra; aura modica, herba mollis, & tempeſtate æſtiva florere docta. Concedimus humi, qua ditiſſimus campus, arboreſque juxta crebræ frugiferæ;

Punicaque & pirus, & fructu gratiſſima malus;

Dicat quis Homericum verſum referens pomariis Nymphis ſacrum locum. Sed his aliiſque juxta arboribus florentes rami, fructus uberes, ſuaviſſimo odore permulcent amœnum locum. Decerptum ego folium commalaxavi digitis, tum admovi naribus; id mihi odorem ſpiravit longe dulciſſimum. Juxta pampini patulæ altæque admodum cupreſſos amplexæ noſtra diu tenuere in flexu colla, dum circulatim pendulas uvas attendimus, quarum turgent aliæ, aliæ primulo nigrore matureſ-

 cunt

δένδρη τε πολλὰ &c. Fors tamen aliud latet: Quid ſi legamus, ἐπεὶ τὸ πεδίον κατεκλίθημεν· αἱ πόαι πολυτελέσταται δάπιδες, δένδρη τε πολλὰ &c? δάπις idem, quod τάπης, ut nemo neſcit Græce doctus: iſta vox eleganter adhibita de herbarum ſtragulis: Vide & judica: Hoc noſtrum delicatius ſane. Pauw.

σφόδρα γε ὑψηλαὶ] Potius σφόδρα τε ὑψηλαί. Pauw.

ὧν αἱ μὲν ὀργῶσιν] Ex Philoſtrati εἰκόσι. βότρυς δὲ οἱ μὲν ἐξωχροῦσι, οἱ δὲ περκάζουσιν, οἱ δ' ὄμφακες, οἱ δ' οἰνάνθας δοκοῦσι. Sed ille ab Homero Odyſſ. η.

Ἔνθα δέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐῤῥίζωται,
Τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ· ἑτέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν,
Ἄλλας δὲ τραπέουσι· πάροιθε

Digitized by Google

σιν· οἱ δὲ ὄμφακες· οἱ δὲ οἰνάνθαι δοκοῦσιν. ἐπὶ τοίνυν τοὺς πεπανθέντας, ὁ μὲν ἀνεῤῥιχᾶτο· ὁ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθεὶς, ἱκανῶς ἄκρᾳ μὲν τῇ λαιᾷ σφοδρῶς εἴχετο τοῦ φυτοῦ, βεβηκὼς ἐπὶ τῶν κλάδων, τῇ δεξιᾷ δὲ παρετρύγα· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ δένδρου χεῖρα ὤρεγε τῷ γεωργῷ, ὥσπερ γεγηρακότι· ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῳ ῥεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχινοῦ, ὥστε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι, καὶ διαφανοῦς τοσοῦτον, ὥστε συνεπινηχομένων καὶ διὰ διαυγὲς ὑδάτιον διαπλεκομένων ἐπαφροδίτως ἀλλήλας, ἅπαν ἡμῶν φανερῶς ἀποκαταφαίνεσθαι μέλος. ὅμως οὖν οἶδα πολλάκις τὴν αἴσθησιν πλανηθεὶς, πρὸς ὁμοιότητα μήλων τε καὶ τῶν ἐκείνης μαστῶν· μήλου γὰρ ἀμφοῖν μεταξὺ τοῖς ὕδασι διανηχομένου, τῇ χειρὶ κατεδεξάμην· τοῦτο εἶναι νομίσας τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθουμένης μαστόν. καλὴ μὲν οὖν νὴ τὰς κοπίδας νύμφας, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ πηγὴ φαι-

ροιδε δέ τ' ὄμφακες εἰσὶν Ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσι. Mer. Tranſlatio absque ullo judicio facta: Nam Naturæ leges, quæ hic ſervari debent, ibi habentur & haberi poſſunt inſuper: Vide modo; nihil apertius. Pauw.

ὁ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθεὶς, ἱκανῶς ἄκρᾳ μὲν &c.] Diſtinguere præſtat, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθεὶς ἱκανῶς, ἄκρᾳ μὲν &c. Pauw.

